Bh. 1.26/6

ILLVSTRISSIMIS PIETATE, ET VERA

RELIGIONE, VIRTVTE, ET PRVDENTIA HONORATISSIMIS VIRIS, D. IOHANNI Winthropo, cæterisque unitarum Nov-Angliæ Coloniarum Gubernatoribus, & Magistratibus Dignissimis; Vna cum pientissimis, vigilantissimisque Ecclesiarum Presbyteris:

Nec non omnibus nostræ Reip. literariæ, tam in Veteri quam in Nov-Anglia, Fautoribus benignissimis:

Has Theses Philologicas & Philosophicas, quas τῦ Θεῦ, Præside Henrico Dunstero *palam in Collegio Harvardino pro viribi propugnare conabuntur (honoris, observantiae et gratitudinis ergo)* D. D. D. *in artibus liberalibus initiandi Adolescentes.*

Iohannes Ionesius. Samuel Danforthus.
Samuel Matherus. Iohannes Allinus.

Thesis Philologic:

Grammatic:

I Linguæ prius discendæ, quam artes.
Linguæ fœlicius usu, quam arte discuntur.
iij Linguarum Anglicana nulli secunda.
iiij Literæ diversæ sonum habent diversum.
v C. et T. efferre ut S. in latinis absurdum.
vi Sheva nec vocalis est, nec consona, nec syllabam efficit.
vij Nullæ diphthongi pronuntiandae ut simplices vocales.
viij Syllabarum accentus non destruit tempus.
ix Verba valent sicut nummus.
x Synthesis est naturalis Syntaxis.

Rhetoric:

R Hetorica est affectionum domina.
Eloquentia naturalis excellit artificialem.
iij Apte loqui praestat quam ornate.
iiij Vel gestus fidem facit.

Logic:

D Ialectica est omnium artium generalissima.
Efficiens & finis non ingrediuntur rei essentiam.
iij Forma simul cum reipsa ingeneratur.
iv Posita forma ponuntur essentia, differentia & actio.
v Et motus et res motu factae sunt effecta
vj Oppositorum ex uno affirmato alterum negatur.
vij Relata sunt sibi mutuo causae.
viij Contradictio topica negat ubique.
ix Privantia maxime dissentiunt.
x Genus et species sunt notae causarum et effectorum.
xi Omnis syllogismus est necessarius ratione formae.
xii Omnis quaestio non est subjectum syllogismi.
xiij Methodus procedit ab universalibus ad singularia.

Theses Philosophic:

Ethic:

F OElicitas moralis est finis Ethices.
Per unum actum non generatur habitus.
iij Habitus non pereunt sola actuum cessatione.
iiij Virtus perfecta dari potest, vitium neutiquam.
v Vitiorum causa est liberum arbitrium.
vi Nullus actus deliberatus in individuo est indifferens.
vij Mores non sequuntur temperamentum corporis.
viij Vulgi mos non regeret nos.
ix Est abstinens qui continens.
x Honor sequentem fugit, fugientem sequitur.
xi Divitiæ nil conferunt fœlicitati morali.
xij Nulla est vera amicitia inter improbos.

Physic:

N Ihil agit in seipsum.
Omnis motus fit in tempore.
iij Non datur infinitum actu.
iiij Pura elementa, non sunt alimenta.
v Non datur proportio arithmetica in mixtis.
vi In uno corpore non sunt plures animae.
vii Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte.
viij Status animae in corpore est naturalissimus.
ix Visio fit receptione specierum.
x Phantasia producit reales effectus.
xi Primum cognitum est singulare materiale.

Metaphysic:

E Ns qua ens, est objectum metaphysices.
Ente nihil prius, simplicius, melius, verius.
iij Datur discrimen inter ens et rem.
iv Essentia entis non suscipit magis et minus.
v Veritas est conformitas intellectus cum re.

Cantabrigiæ *Nov. Ang. Mens.* 8. 1643.